

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, S.S.
Theol. D. P.P. & Superint. Ad Exequias, Quas Viro Iuveni ... Dn. Paulo Tahtz/
Stralsund. Pomerano Phil. & Theol. Stud. Hodie ... parant, Omnes omnium
ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776808109>

Druck Freier  Zugang



Mauritius, C.

in P. Tahtz.

Rostock 1657.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776808109/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776808109/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776808109/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776808109/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776808109/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776808109/phys_0004)

DFG

95.

PROGRAMMA
Quo
RECTOR UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS
CASPARUS MAURITIVS,
S.S. Theol. D. P. P. & Superint.
Ad Exequias,
Quas
Viro Juveni Pristantissimo & Doctissimo
DN. PAVLO Taehtz,
Stralsund. Pomerano
Phil. & Theol. Stud.

Hodiè ad horam I. in templo Jacobæ parant.

Omnes omnium ordinum Cives Academicos, officiosè & diligenter invitati.



*ROSTOCHIENSIS typu Flaredum NICOLAI RILE,
Acad. Typogr. Anno 1657.*



Lim hoc tempore Ecclesia Christi libera & san-
cta jejunia agebat. De libertate jejunandi sic scri-
bit vetustissimus historia Ecclesiastica scriptor
Eusebius: Alii unum diem sibi jejunandum
esse putant, alii duos, alii plures, alii qua-
draginta horas diurnas & nocturnas computantes diem
suum statuunt. Et ista jejunantium varietas non nostro
deum tempore, sed multo ante per illos cœpit, qui
ante nos præter accuratam diligentiam, ut verosimile
est, rerum habenis potiti simplicem & vulgatam consve-
tudinem posthabuerunt ac mutarunt. Nihilo tamen
minus omnes illi pacem inter se retinuerunt, & retine-
mus etiam hunc, & dissonantia jejunii fidei concordiam
commendat. Hoc Eusebius lib. V. cap. XXVI. Sanctum
jejunium cum dicimus, non à cibis tantum, verum etiam à
peccatis jejunium commendamus. Honor enim jejunii (ver-
ba Chrysostomi sunt) est fuga peccatorum. Jejunia demon-
stra mihi, quod jeunes, per ipsa opera. Si pauperem vide-
ris, misere te, si inimicum, conciliare, si mulierem spe-
ciosam, prætercas: non enim jejunet os tantum sed &
oculus, & auditus & manus & pes: jejunet manus à rapina
jejunet pes ad illicita spectacula cursum reprimens, jeju-
net oculi discentes alienas pulchritudines curiosè non
spectare. Jejunet auris: aurum autem jejunium est, non susci-
pere detractiones. Jejunet & lingua à turpibus verbis &
convictis: quætrum utilitas à carnibus abstinere & fratres
mordere? detrahens enim fraternalis comedit carnes. In
eandem sententiam scribit Bernhardus. Quod si gula sola
peccavit, sola quoque jejunet, & sufficit. Si vero pecca-

verunt & membra cætera, cur non jejunent & ipsa Jeju-
net ergo oculus, qui deprædatus est animam; jejunet au-
ris: jejunet lingua: jejunet manus: jejunet etiam, anima
ipsa. Jejunet oculus à curiosis aspectibus & omni pecu-
lantia, ut benè humiliatus coercentur in pœnitentia, qui
male liber vagabatur in culpa. Jejunet auris nequiter,
pruriens à fabulis & rumoribus, & quæcunq; otiosas sunt
& ad salutem minimè pertinencia. Jejunet lingua à de-
tractione & murmuratione, ab inutilibus vanis & scur-
rilibus verbis: interdum quoq; ob gravitatem silentii ab
ipsis, quæ videri poterant necessaria. Jejunet manus
ab otiosis signis & ab operibus omnibus, quæcunq; non
sunt imperata: Sed & multo magis anima ipsa jejunet
à vitiis & propria voluntate sua. Etenim, sine jejunio
hoc cætera jejunia à domino (Esa. LIX.) reproban-
tur. Papistarum jejunia, ut ut pietatis magnam speciem pra-
se ferunt, tantum abest ut laude digna & imitatione censerentur
potius omnibus vituperari modis & exterminari debant. Au-
diri hic meretur Bernhardus: Interim, inquit, fercula fercu-
lis apponuntur, & pro solis carnibus, à quibus abstinent,
grandia piscium corpora duplicantur, cumq; prioribus
fueris satiates, si secundos attigeris, videberis tibi necdum
gustasse pisces, tanta quippe accurate & arte coquo-
rum cuncta apparantur, quatenus quatuor ac quinq; fercu-
lis devoratis prima novissima non impediunt, nec sati-
etas minuat appetitum palatum quippe, dum novellis
seducitur condimentis, paulatim disfusæ coghita-
& ad succos extraneos, veluti adhuc jejunum avidè re-

novatur, in desideria ventre dum nescit, oneratur, sed
varietas fastidium tollit: quia enim puras, ut eas natura
creavit, epulas fastidimus, dum aliæ aliis multisvariè per-
miscentur, & spretis naturalibus saporibus, quos DEUS
indidit rebus, quibusdam adulterinis, quia provocatur,
transitur necessitatis meta, sed nequid delectatio supe-
ratur. Et ut cætera taceam, quis dicere valeat, quot mo-
dis sola ova versantur, & vexantur quantoq; studio ever-
tuntur, subvertuntur, liquantur, durantur, diminuun-
tur, & nunc quidem frixa, nunc assa, nunc farsa, nunc
mixtim, nunc sigillatim apponuntur. Ut qnid autem
hæc omnia, nisi ut soli fastidio consulatur? ipsa deinde
qualitas rerum talis deforis apparere curatur, ut non mi-
nus aspectus quam gustus delectetur, & cum jam stomachus
crebris ructibus se indicet repletum, nec dum ta-
men curiositas satiatur. *Apage jejunia ista, quibus DEUS*
vehementer offenditur, odio habens omnem simulationem.
Apage ista quoq; jejunia, quibus solum corpus, non etiam ani-
mæ jejunat. Fungentur nec seperentur, quæ divina junxit or-
dinatio nec separavit. Nec putas parvum esse lucrum jejuni-
um. Ab uno ligno si abstinuisset Adam, si ab uno jejunasset,
mortua fuisset mors; immo non fuisset mortua, quæ non erat. Vi-
des, si hoc pharmaco fuisset usus Adam; non fuisset mortuum,
nostrum genus. Violatione jejunii mors ad omnes transit ho-
mines, quam jejunans Christus fortiter profligatis Satana te-
lis debellavit. Jejunio vero ad Angelorum vitam accedimus
quibus cibus est DEI perficere voluntatem. Jejunium
contentus præsentium, schola precum, alimonia animæ,
froenum

frœnum oris, mollit furorem, compescit iram, sedat flus-
tus naturæ, excitat rationem, clarum facit animam, al-
leviat carnem, fugat fœdas intemperanrias nocturnas, li-
berat ab ebrietate, tollit capitum dolores, quæ sunt Chryso-
stomi gravissima verba. Sed quantumcunq; hic jejunetur? ad
perfectum à vitiis jejunium, nisi morte in perfectam translati
beatitudinem, non perveniemus. Hic cum peccatis luctamur,
Grebellenionem sentientes carnis ad illam vitam, qua omnis
expers macula, omnis exsors lucta plena victoriarum & tri-
umphorum est, adspiramus. Quam qui adeptus est non lugen-
dus, sed gratulationibus excipiendus est: Lugeamus quidem
peccatores (largiatur ista nobis de suo Chrysostomus) non
tantum defunctos, verum & viventes: de justis autem
gaudeamus, non solum superstibis, verum etiam mor-
tuis. Nam illi quidem & viventes mortui sunt, hi vero &
mortui vivi: illi cum hic quoq; supersunt, miserabiliores
omnibus sunt, quoniam DEVM offendunt, at hic cum
& hinc migraverint, felices omnino: ad Christum enim
transierunt. Peccatores ubi cunq; fuerint, procul à DEO
morantur, propterea lacrimis digni sunt, justi vero sive
hic sive illic cum rege sunt, & illic amplius & propinquius,
non per fidem, sed facie ad faciem. Neigitur mortuos
absolutè desleamus, sed in peccatis mortuos: hi namq;
digni sunt luctu & planctu. Quæ namq; spes cum pec-
catis migrasse, ubi peccata non datur exuere? nam, do-
nechic erant, multa fortassis erat exspectatio, quod essent
pœnitentiam acturi, futuriq; meliores, si vero in tartarum
abierunt, ubi per pœnitentiam nihil lucrari conceditur,

perierunt &c. Cœterum defunctos fideles nemo plan-
gat, nec Christi meritum afficiat calunnia: MORTEM
enim VICIT. Quid igitur superfluas lacrimas fundis?
Somnus eares est, quid gemiss? Hoc namq; si vel Gentil-
les facerent, oportet deridere, cum verò fidelis hoc fa-
ciat, quæ fuerit excusatio? & præterea post tam manife-
stam resurrectionis probationem. Imò infideles, qui
de resurrectione nihil neverunt, consolationis tamè
inveniunt verba, dicentes: Ter generosè, nam facta
non licet infecta reddere, aut luctibus emendare; an tu
his altiora discens, & utiliora non confunderis?
non nos debemus dicere fer generosè, quia
factum iusfectum esse nequit: sed fer generosè, quia resur-
get defunctus tuus, non est mortuus, sed dormit, non
est mortuns sed vita vivit immortali; angelicus eum
suscepit cœtus. Non audis Psalmistam dicentem: Con-
vertere anima in requiem tuam quæ Dominus benefecit
tibi? Rem istam DEUS beneficium nuncupat, & tu
luges? quid aliud saceret inimicus & hostis ejus? his lu-
gendum est. Diabolum oportet lugere, ipse plangat
mortem nostram, quoniam ad majora tendimus bona,
non vero convenit nobis, qui præmia & coronas expe-
ctamus. Tranquillus itaq; portus est mors. Hunc
portum attigit Præstantissimus Juvenis Dn. PAULUS
TAHZIUS, cui hodie supremum humanitatis officium
persolvimus. Natus est Stralsundi in Pomerania Anno
M. DC. XXXIII. 1. Jan. inter secundam & tertiam ma-
tutinam honestis Parentibus, Patre Jochim Tazb Cive
Stral-

Stralsundensi, & Matre MARGARETA Schmiedes.
Avum Paternum habuit PAULUM Tähz Civem Stral-
sundensem. Editus in hanc lucem, per baptismum.
Ecclesiæ membrum & regni Cœlorum hæres effectus est.
Post ad virtutes, pietatem in primis, manuductus, in
Schola Stralsundensi fundamenta eruditionis posuit.
Hinc Anno M. DC. LII. de sententia Amicorum in
Luneburgensem Scholam missus est, in qua tantisper
substiuit, studiisq; promovendis incubuit, donec Anno M.
DC. LV. XIIIX. Sept. in hanc Academiam alegaretur.
Hospitem hic natus est Virum Eximum & Præstantissi-
mum Dn. Werner Coler Civem atq; Cerevisiarium
Rostochiensem, cujus convictu usus talem se præsticit,
ut bonorum commendatione dignus esset. Collegia
habuit Theologica & Philosophica: Disputationibus
publicis diligentia laudabiliter interfuit, quia & in nuperri-
mè habita Disputatione *de Regressu anime Rationalis ad*
corpus opponens sedidit. Dicitur & in concionando se
exercuisse. XIIIX. Febr. in morbum lapsus, qui indies
vires acquisivit, & tandem ita invaluit, ut omnem re-
spueret medicinam. Id lubenter alienis exprominus ver-
bis quam nostris. Sic ergo Vir Experientissimus Dn.
JOHANNES BACMEISTERUM Med.D. & Prof.
quin & hujus Urbis Physicus celeberrimus, Dn. Collega
& Amicus honoratissimus de morbo isto scribit: Voca-
tus ante aliquot dies ad pie defunctum Dn. Paulum Tah-
zium, inveni illum Purpui laborare, quæ ob vehemen-
tiam symptomatum nullis remedii extirpari potuit.
quam-

quamvis interdum quædam indicia reconvalsentiae
adessent, tamen morbus tandem remedia adhibita natu-
ramq; ipsam superavit. Quo vero pæsto Scryatori suo
confisus ad felicem exitum se præparaverit, id pluribus
persequetur piè defuncti Confessionarius Vir Reveren-
dus & Clarissimus Dn. JOACHIMVS LINDEMAN-
NVS, Ecclesiastes Petrinus meritissimus, Dn. Collega
& in Christo Frater pl. colendus in Funebri Concione.
Cæterum cùm hodiè hora prima corpus in dora-
mitiorum suum Christianis ceremoniis sit inferendum,
à Vobis, Omnia Ordinum Cives Academicci, stu-
diosè contendimus, ut Civis Vestri funus nu-
merosa & honorifica præsentia exornetis,
& id aliis præstetis, quod ipsi vicissim
vobis præstari cupitis.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus
IV. Mart: Anno M, DC, LVII,

Conventus erit in templo Mariano
horâ I.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776808109/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776808109/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn776808109/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776808109/phys_0015)

DFG



Stralsundensi, & Matre MARIA
Avum Paternum habuit PAULUS
sundensem. Editus in hanc
Ecclesiae membrum & regni Coem.
Post ad virtutes, pietatem inpietatem
Schola Stralsundensi fundatus.
Hinc Anno M. DC. LII. de
Luneburgensem Scholam missum
substitutus, studiisq; promovendis i
DC. LV. XIIIX. Sept. in hanc A
Hospitem hic natus est Virum
simum Dn. Werner Coler Civis
Rostochiensis, ejus convictu
ut bonorum commendatione d
habuit Theologica & Philoso
publicis diligentia laudabilis inter
ime habita Disputatione de Regre
corpus opponens sedit. Dicunt
exercuisse. XIIIX. Febr. in mo
vires acquisivit, & tandem ita i
spueret medicinam. Id lubentius
bis quam nostris. Sic ergo Vir
JOHANNES BACMEISTER
quin & hujus Urbis Physicus cele
& Amicus honoratissimus de
tus ante aliquot dies ad pie defun
zium, inveni illum Purpurea lab
iam symptomatum nullis reme



032

Image Engineering Scan Reference Chart TE035 Serial No.

A Schmiedes
h Civem Stral
s baptisatum.
res effectus est.
nuductus, in
ionis posuit.
Amicorum in
qua tantisper
lonec Anno M.
nablegaretur.
& Præstantis
Cerevisiarium.
n se præsticit,
t. Collegia
sputationibus
& in superri
Rationalis ad
encionando se
sus, qui indies
t omhem re
orominus ver
tissimus Dn.
ed. D. & Prof.
Dn. Collega
scribit: Voca
Paulum Tah
ob vehemen
pari potuit,
quam-